

*Nunc ut* — Hinc Capitulum XIII exorditur Wrat. Ex his verbis inscriptionem feci sequenti Capiti, quod vulgo inscriptum legitur *De Solis cursu per duodecim signa*, Philandreae et Laetiana *Zodiaci* addunt.

AD CAPUT III. (vulgo V.)

*Namque cum sol* — Ita Sulpic. Vulgo est *Is namque cum*. Sed pronomen omittunt Sulp. Fran. Guelf. Wrat. Deinde *iniit* Sulp. *inid* Wrat. Idem postea *perfecit*. Abhinc *quom progreditur* Sulp. Denique *in manus spatium* Wrat. Ceterum caudam Tauri nominat etiam Plinius libri 2 c. 41 *in cauda Tauri septem quas appellavere Virgalias, in fronte Suculas, Booten qui sequitur Septentriones*. Ceteri Tauri partes posteriores non conspici aiunt, admonente Philandro.

*E Tauro* — Wrat. *Ex Tauro*. Sed idem statim cum Fran. Guelf. Sulpic. *e* ante *Geminis* omittit, et iterum *iniit* dant Sulp. Guelf. Wrat. Postea *ad partem octavam perfecit* Wrat. Denique *et peragens* Sulp. Vatic. Fran. Wrat.

*pervenit ad caput* — Sulp. Vatic. Guelf. Wrat. *perveniens*. Deinde *hae partes* Sulp. Wrat. Postea *cancero* Guelf. *sint attributae* Wrat. Abhinc *E pectore* Sulp. Guelf. Denique *redditque in Geminorum* Wrat. *is*.

*ad sinum* — Sulp. Guelf. Wrat. *signum*. Deinde *contra id* Guelf. a prima manu. Postea *circitionem* Fran. a prima, *circitiones* a secunda manu scriptum habet. Denique *aequat ad eam* Sulpic. Guelf. Wrat.

*E Virgine* — Wrat. *Egrediens autem pro virgine per suum*. Sulpic. *per signum*. Deinde *partis* Wrat. *is*. Postea *circitionem* Fran. Guelf.

*minuit* — Wrat. *annuit*. Sequens *ad* omittunt Sulp. Guelf. Wrat. Postea *Ex Scorpione* Wrat. *iniit* Sulp. Wrat. *ad Sagittarium* Wrat.